



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Modestia Canisij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

*Modestia Ca-  
nisij.*

*Et studium  
profectum.*

ita reliquisset eam Theodorico fratri suo Vicario  
tanquam nunquam postea repetiturus: nec de-  
stitit modis omnibus deprecari, atque amoliri  
tantum onus, vbi cognouit Natalis consilium esse  
se, vt id rursus assumeret; annorum tot vsu com-  
pertum sibi testificans supra imbecillitatem suam  
esse. Vbi verò Natalis, autore Borgia, perstitit in  
sententia, & in suo Canisius perpetuò obsequen-  
di instituto permansit. Prouinciam ita susceptam  
tanquam nunc primum id genus Præfecturam  
attingeret: ita cunctas ad eam collegit curas, ita  
aliorum preces ad Deum sedulus implorauit, &  
Præpositum Generalem rogare, perq; caritatem  
Christi immensam, & quam vehementissimè  
posset, obsecrare institit, vt opitulari sibi velle  
bibendum calicem illum, & ad explendum gra-  
ue, ac suis humeris impar ministerium; ei se vel  
nouū, rudem, & planè indignū Prouincialem  
cum Prouincia tota committens, nouam, & effi-  
cacem æterni Dei ad nouum illum statum bene-  
dictionem per ipsum exoptans. Quia tamen am-  
plificabatur in dies Prouincia, pariterque cum ea  
crescebant Præsidis curæ, existimauit Natalis Au-  
gustanæ Concionis munus in alium transferen-  
dum.